

[27] Nandi non patientia tantum illis, studium etiam est. Bella cum finitimis gerunt, causas eorum ex libidine arcessunt, neque inperitandi prolatandique quae possident, nam ne illa quidem enixe colunt, sed ut circa ipsos quae iacent vasta sint.

[28] Ius in viribus habent, adeo ut ne latrocinii quidem pudeat, tantum hospitibus boni, mitesque supplicibus. Victu ita asperi incultique, ut cruda etiam carne vescantur aut recenti, aut cum rigentem in ipsis pecudum ferarumque coriis, manibus pedibusque subigendo renovarunt.

[29] Terra ipsa multis impedita fluminibus, multis montibus aspera et magna ex parte silvis ac paludibus invia. Paludium Suesia, Metia et Melsyagum maximae, silvarum Hercynia et aliquot sunt, quae nomen habent, sed illa dierum sexaginta iter occupans, ut maior aliis ita notior.

[30] Montium altissimi Taunus et Retico, nisi quorum nomina vix est eloqui ore Romano. Amnium in alias gentes exeuntium Danuvius et Rhodanus, in Rhenum Moenis et Lupia, in oceanum Amissis, Visurgis et Albis clarissimi.

[31] Super Albim Codanus ingens sinus magnis parvisque insulis refertus est. Hac re mare, quod gremio litorum accipitur, nusquam late patet nec usquam mari simile, verum aquis passim interfluentibus ac saepe transgressis vagum atque diffusum facie amnium spargitur; qua litora attingit, ripis contentum insularum non longe distantibus et ubique paene tantundem, it angustum et par freto curvansque se subinde longo supercilio inflexum est.

[32] In eo sunt Cimbri et Teutoni, ultra ultimi Germaniae Hermiones.

IV.

[33] Sarmatia intus quam ad mare latior, ab his, quae secuntur, Vistula amne discreta, qua retro abit, usque ad Histrum flumen inmittitur. Gens habitu armisque Parthicae proxima, verum ut caeli asperioris ita ingenii.

[34] Non se urbibus tenent et ne statis quidem sedibus. Ut invitavere pabula, ut cedens ut sequens hostis exegit, ita res opesque secum trahens semper castra habitant – bellatrix, libera, indomita et usque eo inmanis atque atrox, ut feminae etiam bella cum viris ineant atque, ut habiles sint, natis statim dextra aduritur mamma. Inde expedita in ictus manus, quae exseritur, virile fit pectus.

[27] Pływanie dla nich nie jest koniecznością, ale przyjemnością. Z sąsiadami prowadzą ustawiczne wojny, a czynią to dla własnej przyjemności, a nie dla chęci władania lub rozszerzenia swoich granic, bo nawet tych pól, które posiadają nie uprawiają chętnie. Prowadzą wojny, aby pola sąsiadów leżały odłogiem.

[28] Uznają oni prawo siły i nie wstydzą się rozboju. Uprzejmość okazują tylko w stosunku do gości, łagodność wobec proszących. Pożywienie u nich tak proste i niewybredne, że spożywają mięso surowe lub świeże czy zamrożone, przechowywane w skórkach zwierząt domowych albo dzikich, a tylko je odświeżają urabiając rękami i nogami.

[29] Germanię przecina wiele rzek, pokrywają liczne i niedostępne góry oraz nieprzebyte lasy i jeziora. Największe jeziora są Swesia, Metia i Melsyagum⁶⁴, z lasów największy Hercyński⁶⁵ i kilka innych, które mają swoje nazwy, lecz Hercyński jako największy jest najbardziej znany. Na przejście tego lasu potrzeba sześćdziesiąt dni czasu.

[30] Z gór najwyższe są Taunus⁶⁶ i Retiko⁶⁷, a nazwy innych trudno wymówić Rzymianinowi. Z rzek, które płyną przez Germanię, a potem przez inne jeszcze kraje, najslawniejsze są Danubius i Rodan, a z wpadających do Renu najważniejsze są Menis⁶⁸ i Lupia⁶⁹, a z uchodzących do Oceanu Amissis⁷⁰, Wisurgis⁷¹ i Albis⁷².

[31] Za ujściem rzeki Albis ciągnie się wielka zatoka Kodanus⁷³, w której znajduje się wiele dużych i małych wysp. Z tego też powodu, morze, które przylega do tych wybrzeży, nigdzie nie otwiera się szeroko i nie jest podobne do zwykłego morza. Rozlewa się ono jak rzeka płynąc między wyspami. Gdzie zaś dotyka wybrzeży, ujęte jest brzegami wysp blisko siebie leżących i zwęża się podobnie do cieśniny. Ciągnie się linią krzywą o ostrych brzegach⁷⁴.

[32] Tu mieszkają Cymbrowie i Teutonowie, dalej ostatni szczep germański Hermionowie.

Rozdział IV

Sarmacja

[33] Część Sarmacji⁷⁵ leżąca w głębi lądu jest szersza niż nadbrzeżna. Granicę wschodnią stanowi rzeka Wisła⁷⁶, południową rzeka Hister. Lud ten sposobem życia i uzbrojeniem przypomina Partów⁷⁷. Ale jak klimat tego kraju jest surowy, taki i charakter ludu jest dziki.

[34] Nie posiada miast, a nawet nie ma stałych siedzib. Całe swoje mienie wożą Sarmaci ze sobą i tam zawsze rozbijają namioty, gdzie znajdują łąki lub gdzie zapędzą się ścigając nieprzyjaciela albo uciekając przed nim. Lud wojowniczy, miłujący wolność, nieujarzmiony i do tego stopnia dziki i okrutny, że nawet kobiety przy boku mężów biorą udział w wojnach. Ażeby zaś były bardziej zręczne w walce, dziewczętom zaraz po urodzeniu wypalają prawą pierś. W ten sposób prawa ręka lepiej jest przystosowana do walki, a pierś staje się jakby męska⁷⁸.

[35] Arcus tendere, equitare, venari puellaria pensa sunt; ferire hostem adularum stipendium est, adeo ut non percussisse pro flagitio habeatur sitque eis poenae virginitas.

V.

[36] Inde Asiae confinia, nisi ubi perpetuae hiemes sedent et intolerabilis rigor, Scythici populi incolunt, fere omnes et in unum Belcae adpellati. In Asiatico litore primi Hyperborei super aquilonem Rhiphaeosque montes sub ipso siderum cardine iacent; ubi sol non cotidie ut nobis sed primum verno aequinoctio exortus, autumnali demum occidit; ideo sex mensibus dies et totidem aliis nox usque continua est.

[37] Terra angusta, aprica, per se fertilis. Cultores iustissimi et diutius quam ulli mortalium et beatius vivunt. Quippe festo semper otio laeti non bella novere, non iurgia, sacris operati maxime Apollinis, quorum primitias Delon misisse initio per virgines suas, deinde per populos subinde tradentes ulterioribus moremque eum diu et donec vitio gentium temeratus est servasse referuntur. Habitant lucos silvasque et, ubi eos vivendi satietas magis quam taedium cepit, hilares, redimiti sertis semet ipsi in pelagus ex certa rupe praecipitant. Id eis funus eximium est.

[38] Mare Caspium ut angusto ita longo etiam freto primum terras quasi fluvius inrumpit atque, ubi recto alveo influxit, in tres sinus diffunditur: contra os ipsum in Hyrcanium, ad sinistram in Scythicum, ad dextram in eum, quem proprie totius nomine Caspium adpellant – omne atrox, saevum, sine portibus, procellis undique expositum ac beluis magis quam cetera refertum et ideo minus navigabile. Ad introeuntium dextram Scythae Nomades freti litoribus insident.

[39] Intus sunt ad Caspium sinum Caspii et Amazones, sed quas Sauromatidas adpellant, ad Hyrcanium Albani et Moschi et Hyrcani, in Scythico Amardi et Pestici et iam ad fretum Derbices. Multi in eo sinu magni parvique amnes fluunt, sed, qui famam habeat [Casus] ex Ceraunis montibus uno alveo descendit, duobus exit in Caspium.

[35] Dziewczęta więc zaprawiają się w strzelaniu z łuku, w jeździe konnej, polowaniu. Każda dorosła dziewczyna obowiązana jest zabić nieprzyjaciela. Jeśli tego nie uczyni, okrywa się hańbą i za karę nie może wyjść za mąż.

Rozdział V

Scytia

[36] Sąsiednie kraje między Sarmacją a Azją, prócz tych terenów, gdzie panują wieczne zimy i są nie do zniesienia mrozy, zajmują ludy scytyjskie, prawie wszystkie razem nazywane Belkami. Na wybrzeżu azjatyckim pierwsze osiedla należą do Hiperborejczyków⁷⁹, którzy zajęli ziemie na północy poza Górami Rifajskimi tuż pod osią świata. Tam nie co dnia, jak u nas Słońce wschodzi i zachodzi, lecz po raz pierwszy ukazuje się w czasie wiosennego zrównania dnia z nocą, a znika w czasie jesiennego zrównania. Dlatego dzień trwa bez przerwy sześć miesięcy i tak samo noc.

[37] Ziemia to święta, słoneczna i rodząca sama z siebie. Mieszkańcy jej odznaczają się wielką bogobojnością, żyją dłużej i szczęśliwiej niż inni ludzie⁸⁰. Cieszą się wiecznym spokojem nie znając ani wojny, ani kłótni; zajęci są religijnymi obrzędami, przede wszystkim na cześć Apollina. Dlatego mieli dawniej wysyłać na Delos przez swoje dziewczęta pierwociny, później za pośrednictwem innych narodów, które te dary przekazywały na Delos. Długo mieli przestrzegać tego zwyczaju, który ustał dopiero z upadkiem wiary wśród ludów. Hiperborejczycy mieszkają w gajach i borach. Kiedy poczują, że mają dosyć życia, zanim ogarnie ich znudzenie, z wieńcem na głowie, pogodni rzucają się ze skały w morze. W ich przekonaniu to najpiękniejszy pogrzeb.

[38] Morze Kaspijskie wdziera się w ląd wąską i długą cieśniną jakby rzeka. Wpłynąwszy prostym korytem, rozdziela potem swoje wody między trzy zatoki: przy samym ujściu cieśniny leży Zatoka Hyrkańska, po lewej stronie Zatoka Scytyjska, po prawej Zatoka Kaspijska, tak jak właściwie nazywa się całe morze⁸¹. Morze Kaspijskie jest niespokojne, groźne, bez portów, zewsząd wystawione na burzę. Potworów morskich tu więcej niż w innych morzach, co też utrudnia żeglugę. Po prawej stronie osiedlili się na brzegach morza Scytowie Nomadzi.

[39] W głębi nad Zatoką Kaspijską mieszkają Kaspiowie i Amazonki, ale nazywają je Sauromatkami, nad Zatoką Hyrkańską Albanowie, Moschowie i Hyrcanowie, na brzegach Zatoki Scytyjskiej Amardowie, Pestykowie; a już nad morzem Derbikowie. Do Morza Kaspijskiego wpada wiele wielkich i małych rzek, lecz ze znanych [Kasus]⁸² z Gór Keraunijskich wypływa jednym korytem, wpada zaś do Morza Kaspijskiego dwoma.

[40] Araxes Tauri latere demissus, quoad campos Armeniae secat, labitur placidus et silens neque, in utram partem eat, quamquam intuearis, manifestus; cum in asperiora devenit, hinc atque illinc rupibus pressus et quanto angustior tanto magis pernix, frangit se subinde ad opposita cautium atque ob id ingenti cum murmure sonansque devolvitur, adeo citus, ut qua ex praecipiti in subiecta casurus est, non declinet statim undam, sed ultra quam canalem habet evehat, plus iugeri spatio sublimis et aquis pendentibus semet ipse sine alveo ferens; deinde ubi incurvus arcuatoque amne descendit, fit tranquillus, iterumque per campos tacitus et vix fluens in id litus elabatur.

[41] Cyrus et Cambyses ex radicibus Coraxici montis vicinis fontibus editi in diversa abeunt perque Hiberas et Hyrcanos diu et multum distantibus alveis defluunt, post non longe a mari eodem lacu accepti in Hyrcanium sinum uno ore perveniunt.

[42] Iaxartes et Oxos per deserta Scythiae ex Sugdianorum regionibus in Scythicum exeunt: ille suo fonte grandis, hic incursu aliorum grandior et aliquamdiu ad occasum ab oriente occurrens iuxta Dahas primum inflectitur cursuque ad septentrionem converso inter Amardos et Pesticos os aperit.

[43] Silvae alia quoque dira animalia verum et tigres ferunt, utique Hyrcaniae – saevum ferarum genus et usque eo pernix, ut illis longe quoque praegressum equitem consequi nec tantum semel sed aliquotiens etiam cursu unde coeperit subinde repetito solitum et facile sit. Causa ex eo est, quod, ubi ille interceptos earum catulos citus coepit avehere et rabiem adpropinquantium astu frustraturus unum de pluribus omisit, hae proiectum excipiunt et ad cubilia sua referunt rursusque et saepius remeant atque idem efficiunt, donec ad frequentiora, quam adire audeant, profugus raptor evadat.

[44] Ultra Caspium sinum quidnam esset, ambiguum aliquamdiu fuit, idemne oceanus an tellus infesta frigoribus sine ambitu ac sine fine proiecta.

[45] Sed praeter physicos Homerumque qui universum orbem mari circumfusum esse dixerunt, Cornelius Nepos ut recentior, auctoritate sic certior; testem autem rei Quintum Metellum Celerem adicit eumque ita rettulisse commemorat: cum Galliae pro consule praecesset, Indos quosdam a rege Botorum dono sibi datos; unde in eas terras devenissent, requirendo cognosse vi tempestatum ex Indicis aequoribus abreptos emensosque, quae intererant, tandem in Germaniae litora exisse. Restat ergo pelagus, sed reliqua lateris eiusdem adsiduo gelu durantur et ideo deserta sunt.

[40] Arakses wypływa ze stoków Tauru. Dopóki przecina pola Armenii, fale jego toczą się tak spokojnie i cicho, że nawet nie można poznać kierunku nurtu; później rzeka płynie przez okolice góryste z obu stron otoczona skalami. Im więcej zwęża się jej koryto, tym bystrzejszy staje się jej nurt rozbijając się o strome stoki górskie. Odtąd płynie rzeka z ogromnym hukiem i szumem tak szybko, że nie strąca masy swych wód na dno, lecz przenosi je górą. Woda zawisa w powietrzu nie mając koryta, a wreszcie kaskadą spada na dno rzeki; wtedy uspokaja się i znowu płynie cicho przez pola i ledwie poruszając się uchodzi do morza.

[41] Rzeki Cyrus⁸³ i Kambyzes⁸⁴ wypływają u podnóża Góry Koraksyjskiej z dwu sąsiednich źródeł, ale rozchodzą się w przeciwnych kierunkach i płyną przez Hiberię i Hyrkanię w korytach od siebie bardzo odległych. Później niedaleko od morza wpadają do tego samego jeziora i uchodzą jednym ujściem do Zatoki Hyrkańskiej⁸⁵.

[42] Rzeki Jaksartes i Oksos płyną przez pustynię Scytii i wpadają do Zatoki Scytyjskiej⁸⁶, a źródła ich wytryskują z kraju Sugdianów. Pierwsza z nich u źródła jest wielka, druga zwiększa się przez dopływy i płynie z początku ze wschodu na zachód. W pobliżu kraju Dahów po raz pierwszy zmieniła kierunek na północ i wpada w morze między krajem Amardów i Pestyków.

[43] W lasach żyje wiele dzikich zwierząt, a wśród nich tygrysy, których szczególnie dużo jest w Hyrkanii. Są to zwierzęta dla człowieka bardzo groźne. Biegają tak szybko, że łatwo mogą doścignąć jeźdźca, nawet jeśli on tygrysa daleko wyprzedził. Tygrys może nawet w tym samym czasie kilkakrotnie odbyć drogę, którą odbywa myśliwy i dopędzić go. A dzieje się to w takich okolicznościach: kiedy myśliwy porwie młode tygrysięta i szybko je unosi na koniu, chcąc uniknąć wściekłości ścigającej go tygryscy bierze się na sposób, upuszcza po drodze jedno z porwanych młodych. Wtedy samica podnosi je, zanoszą do swego legowiska i wraca w pogoń za myśliwym, który znowu rzuca drugie, a potem trzecie, a ona kilkakrotnie powraca czyniąc to samo. Tymczasem myśliwy dotrze do osad ludzkich, dokąd tygrysyca nie odważy się zbliżyć.

[44] Długi czas nie wiadomo, co znajduje się poza Zatoką Kaspijską, czy to ten sam Ocean, czy ląd w okowach mrozu bez granic i końca.

[45] W tej sprawie możemy się powołać nie tylko na filozofów greckich⁸⁷ i Homera⁸⁸, którzy utrzymują, że cały świat jest oblany Oceanem, ale i na Korneliusza Neposa⁸⁹, który żył później od nich i budzi większe zaufanie. Jako świadek w tej sprawie podaje Nepos Kwintusa Metellusa Celera⁹⁰ i opowiada, że ten podał taką wiadomość: kiedy jako prokonsul zarządzał Galią, otrzymał w darze od króla Botorów⁹¹ kilku Indów. Kiedy zapytał ich, jaką drogą dotarli do Galii, powiedzieli mu, że zaniósł ich tu burza z mórzy indyjskich, po długich tułaczkach wylądowali wreszcie na wybrzeżu Germanii⁹². Tam więc ciągnie się Ocean. Ale ostatnia część tego wybrzeża znajduje się w okowach wiecznego mrozu i dlatego jest pustkowiem.

[46] His oris, quas angulo Baeticae adhuc usque perstrinximus, multae ignobiles insulae et sine nominibus etiam adjacent, sed earum, quas praeterire non libeat, Gades fretum attingit eaque angusto spatio et veluti flumine a continenti abscissa, qua terris propior est paene rectam ripam agit, qua oceanum spectat duobus promunturiis evecta in altum, medium litus abducit et fert in altero cornu eiusdem nominis urbem opulentam, in altero templum Aegyptii Herculis, conditoribus religione vetustate opibus inlustre. Tyrii constituere; cur sanctum sit, ossa eius ibi sita efficiunt; annorum, quis manet, ab Iliaca tempestate principia sunt; opes tempus aluit.

[47] In Lusitania Erythia est quam Geryonae habitata accepimus, aliaeque sine certis nominibus; adeo agri fertiles, ut, cum semel sata frumenta sint subinde recidivis seminibus segetem novantibus, septem minime, interdum plures etiam messes ferant. In Celtis aliquot sunt, quas, quia plumbo abundant, uno omnes nomine Cassiteridas adpellant.

[48] Sena in Britannico mari Ossismicis adversa litoribus Gallici numinis oraculo insignis est, cuius antistites perpetua virginitate sanctae numero novem esse traduntur: Gallizenas vocant putantque ingeniis singularibus praeditas maria ac ventos concitare carminibus seque, in quae velint animalia, vertere, sanare, quae apud alios insanabilia sunt, scire ventura et praedicare, sed non nisi dedita navigantibus, et in id tantum, ut se consulerent, profectis.

[49] Britannia, qualis sit qualesque progeneret, mox certiora et magis explorata dicentur. Quippe tamdiu clausam aperit ecce principum maximus nec indomitum modo ante se, verum ignotarum quoque gentium victor, propriarum rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat.

[50] Ceterum, ut adhuc habuimus, inter septentrionem occidentemque proiecta grandi angulo Rheni ostia prospicit, dein obliqua retro latera abstrahit: altero Galliam, altero Germaniam spectans, tum rursus perpetuo margine directi litoris ab tergore abducta iterum se in diversos angulos cuneat triquetra et Siciliae maxime similis, plana, ingens, fecunda, verum iis, quae pecora quam homines benignius alant.

*Wyspy oceanicznego wybrzeża Hiszpanii
i północnej części Oceanu*

[46] Wzdłuż tych wybrzeży, które aż do Betyki opisałem, leży wiele mało-znacznych lub bezimiennych wysp. Z tych zaś, których nie można pominąć milczeniem, to wyspa Gades; leży ona przy wejściu do cieśniny⁹³. Oddziela ją od lądu wąska przestrzeń jakby rzeka. Brzeg jej bliższy lądu stanowi prawie prostą linię; od strony Oceanu ma dwa przylądki, a pośrodku między nimi linia brzegu jest nieco cofnięta. Na jednym przylądku jest bogate miasto tej samej nazwy co wyspa, na drugim znajduje się świątynia Herkulesa egipskiego, która sławę swoją zawdzięcza założycielom i wielkiej czci u mieszkańców; świątynia ta znana jest ze swojej starożytności i bogactw. Zbudowali ją uchodźcy z Tyru. Złożone tu kości Herkulesa sprawiły, że ją taką czcią otaczają. Tę świątynię zbudowano jeszcze w czasach wojny trojańskiej. Bogactwa jej pomnożyły się z czasem.

[47] W Luzytanii znajduje się wyspa Erytia, na której wedle podania mieszkał Gerion⁹⁴, i inne wyspy bez pewnych nazw. Pola są tam tak urodzajne, że jak wieśniacy raz zasieją zboże, zbierają plony z samowysianych ziarn najmniej siedem razy. Przy wybrzeżach Celtów⁹⁵ jest kilka wysp; wszystkie objęte jedną nazwą Kasyteryd⁹⁶, ponieważ obfitują w cynę⁹⁷.

[48] Na Morzu Brytańskim, naprzeciw wybrzeży Ossismickich, leży wyspa Sena sławna z wyroczni galijskiego bóstwa. Kapłanki tej świątyni, których jest, jak mówią, dziewięć, doznają czci jako święte z powodu ślubu dożywotniego dziewictwa. Nazywają je Galizenami. Jest przekonanie, że są obdarzone szczególnym darem i mogą zaklinać pieśniami morza i wiatry, przybierać postać dowolnych stworzeń, leczyć choroby nieuleczalne i przepowiadać przyszłość. Ale pomagają tylko tym, którzy przybywają do nich na okręcie wyłącznie w tym celu, aby u nich zasięgnąć porady.

[49] O Brytanii i jej płodach dowiemy się wkrótce czegoś pewniejszego i więcej zbadanego. Oto właśnie wyspę tę tak długo ukrytą⁹⁸ przed Rzymianami odkrył największy z władców⁹⁹, zwycięzca ludów nie tylko przedtem nieujarzmionych, ale w ogóle nieznanym. Wojna była dla niego środkiem dokładnego poznania tego kraju, a tryumf właśnie udowodnił to naocznie.

[50] Rzeczywiście Brytania ciągnie się z północy na zachód wielkim kątem zwrócona do ujścia Renu; tak jak dotychczas o tym wiedzieliśmy, boki tego kąta cofają się, jeden zwrócony do Galii, drugi do Germanii. Brzeg Brytanii łączy się od tyłu w formie nieprzerwanej linii z przeciwległymi wierzchołkami wyspy tworząc trójkąt, wskutek czego wyspa przypomina kształtem Sycylię. Brytania – to wielka płaska wyspa. Ziemia jej jest urodzajna, ale więcej rodzi paszy dla bydła niż zboża dla ludzi.

[51] Fert nemora saltusque ac praegrandia flumina, alternis motibus modo in pelagus modo retro fluentia et quaedam gemmas margaritasque generantia. Fert populos regesque populorum, sed sunt inculti omnes atque ut longius a continentibus absunt ita magis aliarum opum ignari, tantum pecore ac finibus dites, - incertum ob decorem an quid aliud - vitro corpora infecti.

[52] Causas tamen bellorum et bella contrahunt ac se frequenter invicem infestant, maxime inperitandi cupidine studioque ea prolatandi, quae possident. Dimicant non equitatu modo aut pedite, verum et bigis et curribus Gallice armatis (covinnos vocant), quorum falcatis axibus utuntur.

[53] Super Britanniam Iuverna est paene par spatio, sed utrimque aequali tractu litorum oblonga, caeli ad maturanda semina iniqui, verum adeo luxuriosa herbis non laetis modo sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant et, nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta dissiliant. Cultores eius inconditi sunt et omnium virtutum ignari magis quam aliae gentes [aliquatenus tamen gnari], pietatis admodum expertes.

[54] Triginta sunt Orcades angustis inter se diductae spatiis, septem Haemodae contra Germaniam vectae. In illo sinu, quem Codanum diximus, ex iis Scandinavia, quam adhuc Teutoni tenent, ut fecunditate alias ita magnitudine antestat.

[55] Quae Sarmatis adversa sunt, ob alternos accessus recursusque pelagi et, quod spatia quis distant, modo operiuntur undis modo nuda sunt, alias insulae videntur alias una et continens terra.

[56] In his esse Oeonas, qui ovis avium palustrium et avenis tantum alantur, esse equinis pedibus Hippopodas et Panotios, quibus magnae aures et ad ambiendum corpus omne patulae - nudis alioquin - pro veste sint, praeterquam quod fabulis traditur, apud auctores etiam, quos sequi non pigeat, invenio.

[57] Thyle Belcarum litori adposita est, Graeis et nostris celebrata carminibus. In ea, quod ibi sol longe occasurus exurgit, breves utique noctes sunt, sed per hiemem sicut aliubi obscurae, aestate lucidae, quod per id tempus iam se altius evehens, quamquam ipse non cernatur, vicino tamen splendore proxima inlustrat, per solstitium vero nullae, quod tum iam manifestior non fulgorem modo, sed sui quoque partem maximam ostentat.

[51] Są tam gaje, lasy i wielkie rzeki płynące w zależności od przyprływu i odpływu bądź w kierunku morza, bądź wstecz. W rzekach znajdują drogie kamienie i perły. Na obszarze wyspy żyją liczne ludy pod rządami królów. Wszystkie ludy są dzikie, ale dalej mieszkające od lądu żyją na niższym stopniu kultury. Mają tylko dużo bydła i rozległe ziemie. Nie wiadomo, czy dla ozdoby, czy dla innej przyczyny tatuują skórę niebieskim kolorem.

[52] Szukają przyczyn do wojen i często je prowadzą. Napadają na siebie nawzajem, a czynią to głównie z żądzy władzy i w celach zaborczych. Walczą nie tylko konno i pieszo, ale i na rydwanach dwukółowych lub wozach jak Galowie. Wozy, które mają przy osiach kosy¹⁰⁰, nazywają *kowiny*.

[53] Poza Brytanią leży Juwerna¹⁰¹, wyspa prawie tej samej wielkości, zamknięta brzegami równoległymi, podługowata. Klimat nie sprzyja tu dojrzewaniu ziemioplodów, kraj natomiast obfituje w paszę nie tylko bujną, lecz soczystą, tak że bydło szybko może się nakarmić i jeśli się go nie usunęło z pastwiska, mogłoby zginać z przejedzenia. Mieszkańcy tej wyspy żyją na niskim stopniu kultury; wszelkie zasady moralne są im bardziej obce niż innym ludom (jednak w pewnym stopniu je znają¹⁰²). Kult bogów jest im nieznan.

[54] Trzydzieści wysp rozrzuconych po morzu na niewielkiej od siebie odległości ma nazwę Orkad, siedem wysp Hemod leży naprzeciw wybrzeża Germanii. W zatoce Kodanus¹⁰³ leży wielka wyspa Skandynawia, która teraz jeszcze należy do Teutonów; przewyższa ona inne urodzajnością i obszarem.

[55] Wyspy, które leżą naprzeciw wybrzeży Sarmacji, z powodu kolejnych przyprływów i odpływów raz są wyspami, innym razem tworzą jeden ląd, ponieważ przestrzenie między nimi w pewnych porach roku są zalane wodą, w innych odkryte.

[56] Na tych wyspach mieszkają Eonowie, którzy żywią się tylko jajami ptaków wodnych i owsem; inni mieszkańcy Hippopodzi mają końskie nogi, a Panotiowie mają wielkie uszy, którymi mogą przykryć całe ciało, a ponieważ chodzą nago, uszy służą im za odzież. Są tacy, którzy opowieści te uważają za zmyślone, ale są i znani poważni pisarze, którzy podają to jako fakt.

[57] Naprzeciw wybrzeża Belków leży wyspa Tule¹⁰⁴ znana z poezji greckiej i naszej. Na niej, ponieważ tam Słońce późno zachodzi, noce oczywiście są krótkie, a w zimie, tak jak gdzie indziej, są ciemne; w lecie noce są jasne, ponieważ w tym czasie Słońce wysoko się wznosi, chociaż go nie widać, i oświeca swym blaskiem najbliższe okolice. W czasie zrównania letniego noce nie istnieją, ponieważ wtedy już słońce lepiej widoczne świeci nie tylko blaskiem, lecz większą częścią swej tarczy.

[58] Talge in Caspio mari sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans, sed vicini populi, quae gignuntur, attingere nefas et pro sacrilegio habent, diis parata existimantes diisque servanda. Aliquot et illis oris, quas desertas diximus, aequae desertae adiacent, quas sine propriis nominibus Scythicas vocant.

VII.

[59] Ab his in Eoum mare cursus inflectitur inque oram terrae spectantis orientem. Pertinet haec a Scythico promunturio ad Colida primum ob nives inuia, deinde ob inmanitatem habitantium inculta. Scythae sunt Androphagoe et Sacae, distincti regione, quia feris scatet, inhabitabili.

[60] Vasta deinde iterum loca beluae infestant usque ad montem mari imminentem nomine Tabim. Longe ab eo Taurus adtollitur. Seres intersunt – genus plenum iustitiae et commercio, quod rebus in solitudine relictis absens peragit, notissimum.

[61] India non Eoo tantum adposita pelago, sed et ei quod ad meridiem spectans Indicum diximus et hinc Tauri iugis ab occidente Indo finita tantum spatium litoris occupat, quantum per sexaginta dies noctesque velificantibus cursus est; ita multum a nostris abducta regionibus, ut in aliqua parte eius neuter septentrio adpareat aliterque quam in aliis oris umbrae rerum ad meridiem iaceant.

[62] Ceterum fertilis et vario genere hominum aliorumque animalium scatet. Alit formicas non minores maximis canibus, quas more gryporum aurum penitus egestum cum summa pernicie adtingentium custodire commemorant; immanes et serpentes alit, qui et elephantos morsu atque ambitu corporis adficiant; tam pinguis alicubi et tam feracis soli, ut in eo mella frondibus defluant, lanas silvae ferant, harundinum fissa internodia veluti navigia binos et quaedam ternos etiam vehant.

[63] Cultorum habitus moresque dissimiles. Lino alii vestiuntur aut lanis quas diximus, alii avium ferarumque pellibus; pars nudi agunt, pars tantum obscena velati; alii humiles parvique, alii ita proceri et corpore ingentes, ut elephantis etiam et ibi maximis sicut nos equis facile atque habiliter utantur.

[58] Wyspa Talge¹⁰⁵ leżąca na Morzu Kaspijskim jest tak urodzajna, że nie trzeba tu uprawy; obfituje we wszystkie rodzaje owoców i ziemiopłodów. Ale sąsiednie narody uważają za grzech i świętokradztwo dotknąć się tego, co się tu rodzi. Są tego przekonania, że te plony są przeznaczone dla bogów i że trzeba je dla nich zachować. Przy owych pustynnych wybrzeżach, jak już powiedziałem, znajdują się również pustynne wyspy, które ogólnie nazywają się Scytyjskie.

Rozdział VII

Ocean Wschodni i Indie

[59] Stąd zwracamy się na Morze Wschodnie i na wybrzeża leżące na Wschodzie. Ciągną się one od Przylądka Scytyjskiego do przylądka Kolidy. Z początku są niedostępne z powodu śniegów, a dalej nieuprawne z powodu niskiej kultury mieszkańców. Żyją tu Scytowie Androfagowie i Sakowie oddzieleni krainą niedostępną, ponieważ w niej pełno dzikiego zwierza.

[60] Następnie znowu ciągnie się obszerna kraina aż do góry Tabis wznoszącej się nad morzem, niebezpieczna z powodu dzikich zwierząt. Daleko od tej góry zaczyna się pasmo górskie Tauros. Na terenie ciągnącym się między górami żyją Serowie¹⁰⁶, naród bardzo sprawiedliwy¹⁰⁷, znany z tego, że w dziwny sposób prowadzi handel: kupiec zostawia towar na pustym miejscu i oddala się.

[61] Indie oblewa nie tylko Wschodnie Morze, lecz i Morze Południowe, które nazywa się Indyjskie. Od strony północnej Indie zamknięte są pasmem gór Tauru, od zachodu rzeką Indus. Wybrzeża Indii ciągną się na tak wielkiej przestrzeni, że trzeba czterdzieści dni i nocy, aby je opłynąć na okręcie. Kraj ten leży tak daleko od naszych stron, że w niektórych jego częściach nie pokazuje się ani Mała, ani Wielka Niedźwiedzica i że cienie przedmiotów padają na stronę południową inaczej niż na innych wybrzeżach.

[62] Kraj jest urodzajny; spotyka się tam wiele ras ludzi i wiele gatunków zwierząt. Są tam mrówki nie mniejsze od psów, o których opowiadają, że tak jak gryfy¹⁰⁸ wydobywają z głębi ziemi złoto i strzegą go, a tego, kto by chciał dotknąć złota, zabijają. Żyją tam potworne węże; niektóre tak są wielkie, że mogą ukąszeniem uśmiercić słonia albo udusić w splotach. Ziemia w wielu miejscach jest tak żyzna i urodzajna, że miód ścieka z drzew, a lasy rodzą wełnę. Przecięte sitowie jest tak wielkie, że w nim jak w łódce może się pomieścić dwóch, a nawet czasem trzech ludzi.

[63] Wygląd i charakter mieszkańców jest rozmaity. Jedni noszą odzież lnianą albo z wełny drzewnej, o której wyżej mówiłem, inni okrywają się skórą ptaków i dzikich zwierząt. Niektórzy chodzą nago lub okrywają tylko biodra. Są wśród nich mali i niscy, są też rośli i tak wysocy, że łatwo i zręcznie dosiadają nawet słonia tak, jak my konia.

[64] Quidam nullum animal occidere, nulla carne vesci optimum existimant, quosdam tantum pisces alunt. Quidam proximos parentes priusquam annis aut aegritudine in maciem eant, velut hostias caedunt caesorumque visceribus epulari fas et maxime pium est.

[65] At ubi senectus aut morbus incessit, procul a ceteris abeunt mortemque in solitudine nihil anxii exspectant. Prudentiores et, quibus ars studiumque sapientiae contingit, non exspectant eam, sed ingerendo semet ignibus laeti et cum gloria arcessunt.

[66] Urbium, quas incolunt - sunt autem plurimae - Nysa est clarissima et maxima, montium Meros, Iovi sacer. Famam hinc praecipuam habent: in illa genitum, in huius specu Liberum arbitrantur esse nutritum, unde Graecis auctoribus, ut femori Iovis insitum dicerent, aut materia ingessit aut error.

[67] Oras tenent a Indo ad Gangen Palibotri, a Gange ad Colida, nisi ubi magis quam ut habitetur exaestuat, atrae gentes et quodammodo Aethiopes. Ab Colide ad Tamum recta sunt litora timidique populi et marinis opibus adfatim dites.

[68] Tamus promunturium est, quod Taurus adtollit, Colis alter <Eo>ae partis angulus initiumque lateris ad meridiem versi, Ganges et Indus amnes. Ille multis fontibus in Haemode monte conceptus simul unum alveum fecit, fit omnium maximus et alicubi latius, qua angustissime fluit decem milia passuum patens, in septem ora dispergitur.

[69] Indus ex monte Propaniso exortus et alia quidem flumina admittit, sed clarissima Cophen, Acesinum, Hydaspem conceptamque pluribus alveis undam lato spatio trahit. Hinc paene Gangen magnitudine exaequat. Post, ubi saepe aliquot magnis flexibus cinxit iugum ingens, iterum rectus solidusque descendit, donec ad laevam dextramque se diducens duobus ostiis longe distantibus exeat.

[70] Ad Tamum insula est Chryse, ad Gangen Argyre: altera aurei soli (ita veteres tradidere), altera argentei atque, ut maxime videtur, aut ex re nomen aut ex vocabulo fabula est. Taprobane aut grandis admodum insula aut prima pars orbis alterius. Id parcius dicitur, sed, quia habitatur nec quisquam circum eam esse traditur, prope verum est.

[64] Pewna grupa ludzi sądzi, że nie należy zabijać żadnych stworzeń i spożywać mięsa; niektórzy jedzą tylko ryby. U niektórych jest zwyczaj w rodzinie zabijać rodziców jak zwierzęta ofiarne, zanim wskutek starości albo choroby wychudną, a urządzenie uczty ze zwłok zabitych jest godziwe i całkiem dozwolone.

[65] Inni skoro przyjdzie starość lub choroba, udaje się daleko na ustronie i w samotności bez trwogi oczekują śmierci. Rozsądniejsi i wykształceni nie czekają starości, lecz dobrowolnie skaczą w ogień i giną znajdując w tym chlubę.

[66] Pomiędzy ludnymi miastami, a jest ich tam bardzo wiele, najslawniejsza jest Nysa, z gór zaś Meros, poświęcona Jowiszowi. Miasto i góra są szczególnie sławne z tego, że w mieście tym miał się urodzić bóg Liber, a w grocie tej góry był karmiony. Na tym podaniu opiera się opowieść pisarzy greckich, że bóg Liber urodził się w biodrze¹⁰⁹ Jowisza, ale czy to prawda, czy wymysł, tego nie mogę powiedzieć.

[67] Od rzeki Indos aż do Gangesu zamieszkują wybrzeże Palibotrowie, od Gangesu do przylądka Kolis czarnoskóre ludy, pewnego rodzaju Etiopowie z wyjątkiem tych miejsc, gdzie upały uniemożliwiają ludziom pobyt. Od Kolis aż do przylądka Tamos¹¹⁰ wybrzeże jest równe. Tam mieszkają ludy znane z bojaźliwości; jako rybacy są dosyć zamożni.

[68] Tamos jest przylądkiem i odgałęzieniem pasma Taurus; przylądek Kolis stanowi wierzchołek wybrzeża po stronie wschodniej i jest początkiem tej strony, która jest zwrócona na południe. Ganges i Indus to główne rzeki Indii. Pierwsza rzeka powstała z wielu źródeł wypływających z góry indyjskiej Hemos. Gdy już płynie w jednym korycie, staje się ze wszystkich największa, a w miejscu najwęższym ma szerokość dziesięciu tysięcy kroków; w morze wpada siedmiu ujściami.

[69] Indus wypływa z góry Propanisos¹¹¹. Wpadają do niego inne jeszcze rzeki, lecz najsłynniejsze są Kofen, Akesinos i Hidaspes. Indus zbiera wodę w wielu odnogach, które płyną w dużej odległości od siebie. Odtąd jest prawie tak wielki jak Ganges. Potem kilkakrotnie opływa ogromne pasmo górskie, aż wreszcie przybiera jeden prosty kierunek, dzieli się na dwie odnogi prawą i lewą, daleko od siebie odległe i nimi wpada do morza.

[70] W pobliżu przylądka Tamos leży wyspa Chryse¹¹², a niedaleko ujścia Gangesu – wyspa Argyre¹¹³. Wedle starego podania na jednej znajduje się złoto, na drugiej srebro; najprawdopodobniej od znajdowanych kruszców pochodzi nazwa, albo odwrotnie nazwa jest źródłem legendy. Taprobane¹¹⁴ jest albo wielką wyspą, albo wedle Hipparcha, pierwszą częścią drugiego świata. To jest prawdopodobne, ponieważ ziemia tu jest zaludniona, ale nie ma wiadomości, aby ją ktoś opłynął.

[71] Contra Indi ostia illa sunt, quae vocant Solis – adeo inhabitabilia, ut ingressos vis circumfusi aeris exanimet confestim et inter ipsa ostia Patalene regio, ob aestus intolerabilis alicubi cultoribus egens. Ariane inde ad principia Rubri maris pertinet ipsa invia atque deserta; humus cineri magis fit quam pulveri similis ideoque per eam rara et non grandia flumina emanant, quorum Tuberonem et Arusacen notissima accepimus.

VIII.

[72] Rubrum mare Gracci, sive quia eius coloris est, sive quod ibi Erythras regnavit, Erythran thalassan appellant: procellosum asperum mare, profundum et magnorum animalium magis quam cetera capax. Primo recedentis oras aequabiliter impellit et, ut non iret interius, aliquantum patens sinus erat. Sed quas ripas inflexerat bis inrumpit, duosque iterum sinus aperit:

[73] Persicus vocatur dictis regionibus propior, Arabicus ulterior. Persicus, qua mare accipit utrimque rectis lateribus, grande ostium quasi cervice complectitur, dein terris in omnem partem vaste et aequa portione cedentibus, magno litorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani.

[74] Arabici et os artius et latitudo minor est, maior aliquanto recessus et multo magis longa latera. Init penitus introrsusque, dum Aegyptum paene et montem Arabiae Casium attingat, quodam fastigio minus ac minus latus et, quo magis penetrat, angustior.

[75] Ab his, quae diximus, ad sinum Persicum, nisi ubi Chelonophagi morantur, deserta sunt. In ipso Carmanii innavigantium dextera positi sine veste ac fruge, sine pecore ac sedibus piscium cute se velant, carne vescuntur, praeter capita toto corpore hirsuti. Interiora Cedrosi, dehinc Persae habitant. Saetis per Carmanios, supra Sandis et Corios effluunt.

[76] In parte, quae pelagi ostio adversa est, Babyloniorum fines Chaldaeorumque sunt et duo clari amnes – Tigris Persidi propior, ulterior Euphrates.

[77] Tigris, ut natus est ita descendens, usque in litora permeat. Euphrates immani ore aperto non exit tantum, unde oritur, sed et vaste quoque decidit nec secat continuo agros, late diffusus in stagna, diu sedentibus aquis piger et sine alveo patulus, post, ubi marginem rupit, vere fluvius, acceptisque ripis celer et fremens per Armenios et Cappadocas occidentem petit, ni Taurus obstet, in nostra maria venturus.

[71] Naprzeciw ujścia Indu są znane Wyspy Słońca, ale niezamieszkane, gdyż kto tam wejdzie, natychmiast ginie uduszony tamtejszym powietrzem. Między ujściami zaś jest obszar ziemi nazwany Patalene. Kraj ten nie jest zaludniony z powodu nieznośnych upałów. Stąd aż do początków Morza Czerwonego sięga kraina Ariane¹¹⁵ również niedostępna i pustynna. Ziemia tutejsza raczej przypomina popiół niż pył. Dlatego niewiele płynie tam rzek i są małe. Z nich, jak wiem, najbardziej znane są Tuberon i Arusakes.

Rozdział VIII

Morze Czerwone i dwie jego zatoki Perska i Arabska

[72] Morze Czerwone nazywają Grecy *Erythra Thalassa*¹¹⁶ czy dlatego, że jest koloru czerwonego, czy dlatego, że tam panował Erytras; morze to jest burzliwe, niebezpieczne i głębokie. Żyje tam więcej wielkich zwierząt morskich niż gdzie indziej. Z początku brzegi ujścia są równe i na tej przestrzeni ciągnie się dość obszerna zatoka. W zagiętych zaś brzegach morze dwukrotnie wciska się w ląd i tworzy dwie zatoki.

[73] Zatoka, która przylega do krajów ostatnio opisywanych, nazywa się Perska, dalej leżąca Arabska. Zatoka Perska przy ujściu do morza tworzy prostymi bokami jakby szyję, następnie zaś brzegi jej daleko i równomiernie cofają się i otaczają wielkim kręgiem morze przypominające konturami kształt ludzkiej głowy.

[74] Wejście do Zatoki Arabskiej jest węższe, a długość jej mniejsza, ale wgłębienie tu większe i znacznie dłuższe. Zatoka wchodzi głęboko w ląd, prawie że dotyka Egiptu i Kassjuszowej Góry¹¹⁷ w Arabii. W miarę zbliżania się do końca zatoka staje się coraz węższa.

[75] Między tymi miejscami, o których powyżej wspominałem, aż do Zatoki Perskiej ciągnie się pustynia prócz tego terenu, gdzie mieszkają Chelonofagowie¹¹⁸. Na prawym brzegu Zatoki Perskiej żyją Karmaniowie. Nie mają oni ani odzieży, ani zboża, ani bydła. Są bezdomni. Za odzież służy im skóra rybia, żywią się rybami. Całe ciało mają pokryte włosami prócz głowy. Dalej ciągnie się kraj Kedrosów, a dalej leży Persja. Przez kraj Karmaniów płynie rzeka Setis, dalej są rzeki Sandis i Korios.

[76] W tej części zatoki, która leży naprzeciw ujścia do morza znajduje się państwo babilońskie i chaldejskie¹¹⁹. Tam też płyną dwie sławne rzeki Tygrys i Eufrat; Tygrys bliżej Persji, Eufrat dalej.

[77] Od źródła aż do ujścia płynie Tygrys jednym korytem. Eufrat nie tylko uchodzi ogromnym ujściem od źródła do morza, lecz płynie szeroko przez pola, rozlewa się także w jeziora, zamienia się na wielkie stojące bagno bez brzegów i koryta, potem znowu staje się rzeką, otrzymuje brzegi i już bystry i szumiący płynie na zachód przez kraj Ormian i Kapodoków. Gdyby mu nie zastąpiły drogi góry Taurus, uchodziłby do Naszego Morza.

[78] Inde ad meridiem avertitur et primum Syros tunc Arabas ingressus non perdurat in pelagus, verum ingens modo et navigabilis, inde tenuis rivus despectus emoritur et nusquam manifesto exitu effluit, ut alii amnes, sed deficit.

[79] Alterum latus ambit plaga, quae inter utrumque pelagus excurrit. Arabia dicitur – cognomen Eudaemon – angusta, verum cinnami et turis aliorumque odorum maxime ferax. Maiorem Sabaei tenent partem, ostio proximam et Carmaniis contrariam Macae. Frontem, quae inter ostia ostenditur, silvae cautesque exasperant. Aliquot sunt in medio insulae sitae – Ogyris, quod in ea Erythrae regis monimentum est, magis clara quam ceterae.

[80] Alterum sinum undique Arabes incingunt. Ab ea parte, quae introeuntibus dextra est, urbes sunt Charra et Arabia et Gadanus, in altera – ab intimo angulo – prima Berenice inter Heroopoliticum et Strobilum, deinde, inter promunturia Maenorenon et Coloba Philoteris et Ptolemais, ultra Arsinoe et alia Berenice, tum silva, quae hebenum odoresque generat, et manu factus amnis, ideoque referendus, quod ex Nili alveo dioryge adductus.

[81] Extra sinum, verum in flexu tamen etiamnum Rubri maris, pars bestiis infesta ideoque deserta est, partem Panchai habitant, hi, quos ex facto, quia serpentibus vescuntur, Ophiophagos vocant. Fuere interius Pygmaei, minutum genus et quod pro satis frugibus contra grues dimicando defecit.

[82] Sunt multa volucrum, multa serpentium genera: de serpentibus memorandi maxime, quos parvos admodum et veneni praesentis certo anni tempore ex limo concretarum paludium emergere, magno examine volantes Aegyptum tendere atque in ipso introitu finium ab avibus, quas ibidas adpellant, adverso agmine excipi pugnaque confici traditum est.

[83] De volucribus praecipue referenda Phoenix, semper unica: non enim coitu concipitur partuve generatur, sed ubi quingentorum annorum aevo perpetua duravit, super exaggeratam variis odoribus struem sibi ipsa incubat solviturque;

[84] dein putrescentium membrorum tabe concreta ipsa se concipit atque ex se rursus renascitur. Cum adolevit, ossa pristini corporis inclusa murra Aegyptum exportat et in urbe, quam Solis adpellant, flagrantibus arae bustis inferens memorando funere consecrat. Ipsum promunturium, quo id mare cluditur, Aceraunis saltibus invium est.

[78] Stąd zwraca się na południe i płynie przez Syrię, potem przez Arabię, ale zmienia się po drodze: najpierw płynie jako ogromna i spławna rzeka, potem jako marny potoczek; nigdzie nie widać jego ujścia, jak u innych rzek, lecz zupełnie znika.

[79] Po drugiej stronie Zatoki Perskiej leży kraj ciągnący się od morza do morza. Nazywa się Arabia z przydomkiem *Eudajmon* ('Szczęśliwa')¹²⁰; zajmuje wąską przestrzeń. Stąd głównie pochodzi cynamon, kadzidło i inne wonności. Większą część zajmują Sabajowie, a część leżącą przy ujściu zatoki naprzeciw Karmanii – Makowie. Część kraju, która leży między ujściami obok zatok, jest niedostępna z powodu lasów i skał. W pośrodku na morzu znajduje się kilka wysp; z nich bardziej znana jest Ogyris, ponieważ tu wznosi się pomnik króla Erytrasa¹²¹.

[80] Wybrzeże drugiej zatoki zamieszkują naokoło Arabowie. Przy wejściu do Zatoki Arabskiej po stronie prawej znajdują się miasta Charra, Arabia i Gadanus, po drugiej od wnętrza zatoki pierwsze miasto jest Berenike między przylądkami Heroopolitikon i Strobilon, następnie między przylądkami Menorenon i Koloba znajdują się miasta Filoteris, Ptolemais, Arsinoe i drugie miasto Berenike. Dalej znajduje się las, w którym rośnie drzewo hebanowe, stąd też pochodzą różne wonności, dalej jest sztuczna rzeka dlatego godna wzmianki, że ją stworzono za pomocą kanału dostarczającego wodę z koryta Nilu.

[81] Już poza Zatoką Arabską, ale na wybrzeżu przy niewielkim wgłębieniu Morza Czerwonego leży kraj niebezpieczny z powodu dzikich zwierząt i dlatego częściowo niezamieszkały; drugą część zamieszkują Panchajowie¹²². Nazywają ich także Ofiofagami¹²³, ponieważ żywią się węzami. Dalej od wybrzeża żyli tu niegdyś Pigmejowie¹²⁴, ludzie bardzo małego wzrostu. Wszyscy oni wyginęli w walce z żurawiami w obronie swoich zasiewów.

[82] Tam żyje wiele gatunków ptaków i węzów. Warto wspomnieć przede wszystkim jedno, że węże te są bardzo małe i szczególnie jadowite. Opowiadają o nich, że w pewnej porze roku wychodzą z wyschniętych bagien i w wielkiej ilości przenoszą się do Egiptu. Na samej zaś granicy rzucają się na nie ptaki, które nazywają ibisami, a te tępią je doszczętnie.

[83] Z ptaków szczególnie trzeba wspomnieć o Feniksie, który tylko jeden istnieje. Nikt go nie płodzi ani nie wydaje na świat. Lecz skoro przeżyje pięćset lat, kładzie się na nagromadzonych wonnościach, które sam nazbiera, i ulega rozkładowi.

[84] Rozłożone ciało tężeje, samo siebie zapładnia i z siebie odradza się. Gdy ptak dorośnie, zanoszą do Egiptu kości dawnych ciał złożone w urnie i składa na płonącym stosie¹²⁵ w mieście, które nazywa się miastem Słońca. W ten sposób urządza uroczysty pogrzeb. Przylądek, który zamyka Morze Czerwone, pokryty jest nieprzebytymi lasami Akeraunijskimi.

IX.

[85] Aethiopes ultra sedent; Meroen habent terram, quam Nilus primo ambitu amplexus insulam facit; pars quia vitae spatium dimidio fere quam nos longius agunt Macrobiani, pars, quia ex Aegypto advenere, dicti Automoles: pulchri forma et qui corporis viriumque veneratores, veluti optimarum alii virtutum.

[86] Illis mos est, cui potissimum pareant, specie ac viribus legere. Apud hos plus auri quam aeris est: ideo, quod minus, est pretiosius censent. Aere exornantur, auro vincla sontium fabricant.

[87] Est locus adparatis epulis semper refertus: quia ut libet vesci volentibus licet, Heliu trapezan adpellant et, quae passim adposita sunt, adfirmant innasce subinde divinitus.

[88] Est lacus, quo perfusa corpora quasi uncta pernitent: bibitur idem; adeo est liquidus et ad sustinenda, quae incidunt aut inmittuntur, infirmus, ut folia etiam proximis decisa frondibus non innatantia ferat, sed pessum et penitus accipiat. Sunt et saevissimae ferae – omni colore varii lycaones et quales accepimus sphinges.

[89] Sunt mirae aves cornutae tragopanes et equinis auribus pegasi. Ceterum oras ad eorum sequentibus nihil memorabile occurrit. Vasta omnia vastis praecisa montibus, ripae potius sunt quam litora. Inde ingens et sine cultoribus tractus. Dubium aliquandiu fuit, essetne ultra pelagus caperetne terra circuitum, an exhausto fluctu sine fine se Africa extenderet:

[90] verum et Hanno Carthaginensis exploratum missus a suis, cum per oceani ostium exisset magnam partem eius circumvectus, non se mari, sed comiteatu defecisse memoratu rettulerat et Eudoxus quidam, avorum nostrorum temporibus cum Lathyrus regem Alexandriae profugeret, Arabico sinu egressus per hoc pelagus, ut Nepos adfirmat, Gades usque pervectus est: ideo eius orae notae sunt aliqua.

[91] Sunt autem trans ea, quae deserta modo diximus, muti populi et quibus pro cloquio nutus est, alii sine sono linguae, alii sine linguis, alii labris etiam cohaerentibus, nisi quod sub naribus etiam fistula est, per quam bibere avenis, et, cum incessit libido vescendi, grana singula frugum passim nascentium absorbere dicuntur.

[92] Sunt quibus ante adventum Eudoxi adeo ignotus ignis fuit adeoque visus mirum in modum placuit, ut amplecti etiam flammam et ardentia sinu abderc, donec noceret, maxime libuerit.

Rozdział IX

Etiopia

[85] Etiopowie¹²⁶ żyją w głębi lądu. Do nich należy kraina Meroe¹²⁷, którą oblewa naokoło rzeka Nil i tworzy z niej wyspę. Część Etiopów nazywa się *Makrobiowie*¹²⁸, ponieważ żyją o połowę lat dłużej niż my, inni nazywają się *Automolowie*¹²⁹, ponieważ przybyli tu z Egiptu. Są pięknej budowy, cenią tężyznę fizyczną, tak jak inni przymioty ducha.

[86] Wodzom wybierają tego, kto jest najpiękniejszy i najsilniejszy. U nich znajduje się więcej złota niż miedzi. Ponieważ miedź jest mniej, cenią ją wyżej. Miedź służy im do ozdoby, a ze złota robią kajdany na zbrodniarzy.

[87] W jakimś miejscu jest zawsze zastawiona uczta, a ponieważ wolno każdemu najeść się do syta, nazywają to *Heliu Trapedza*¹³⁰. To, co tu zastawiono, według ich przekonania rodzi się cudownie.

[88] Jest u nich jezioro, w którym jeśli się ktoś wykąpie, błyszczą jakby oliwą namaszczeni. Wodę z tego jeziora można pić, a jest tak płynna i rzadka, że cokolwiek się rzuci albo wpadnie, nie utrzymuje się na powierzchni; nawet liście spadłe z sąsiednich drzew nie pływają, lecz opadają na dno. Żyją tam bardzo groźne zwierzęta – lykaony¹³¹ o sierści różnokolorowej i sfingi takie, jak je sobie wyobrażamy¹³².

[89] Żyją też dziwne ptaki: tragopany¹³³ mające rogi i pegazy o końskich uszach¹³⁴. Jadąc na południo-wschód nie spotykamy niczego godnego uwagi. Wszędzie pusto, puste góry, wybrzeży nie ma, tylko strome brzegi. Następnie ciągnie się kraj obszerny i niezamieszany. Przez pewien czas nie wiadomo, czy za tym krajem jest Ocean, który oblewa Ziemię, czy kończy się morze i ciągnie się bez granic Afryka¹³⁵.

[90] Lecz Kartagińczyk Hanno, wysłany przez rodaków celem przeprowadzenia badań¹³⁶, wypłynąwszy na pełen Ocean objechał wielką część Afryki i złożył sprawozdanie tej treści, że tam jest morze, tylko że jemu zabrakło zapasów żywności. Ponadto za pamięci naszych dziadów niejaki Eudoksos¹³⁷ wygnany przez króla Aleksandrii, Latyrusa¹³⁸, wypłynął z Zatoki Arabskiej tym morzem i jak utrzymuje Nepos, dojechał aż do Gades. Dlatego więc wybrzeża Afryki są do pewnego stopnia znane.

[91] Po drugiej stronie pustyni, o której mówiłem, żyją ludy pozbawione mowy; porozumiewają się na migi, jedne nie wydają głosu, inne nie mają języka. Są takie, które mają usta zrosnięte, tylko pod nosem znajduje się otwór, którego ponoć za pomocą rurki przyjmują napój, a gdy chcą jeść, polykają pojedyncze ziarenka dziko rosnącego zboża.

[92] Niektóre ludy przed przybyciem Eudoksosa zupełnie nie znały ognia. A zobaczywszy po raz pierwszy tak się nim ucieszyły, że chętnie chwyciły płomień i ukrywały go w zanadrzu; skutek był taki, że uczuły ból.

[93] Super eos grandis litoris flexus grandem insulam includit, in qua tantum feminas esse narrant toto corpore hirsutas et sine coitu marum sua sponte fecundas, adeo asperis efferisque moribus, ut quaedam contineri, ne reluctantur, vix vinculis possint. Hoc Hanno rettulit et, quia detracta occisis coria pertulerat, fides habita est.

[94] Ultra hunc sinum mons altus – ut Graeci vocant Theon ochema – perpetuis ignibus flagrat.

[95] Ultra montem viret collis longo tractu longis litoribus obductus, unde visuntur patentes magis campi, quam ut perspicere possint, Aegipanum Satyrorumque. Hinc opinio causae fidem cepit, quod cum in his nihil culti sit, nullae habitantium sedes, nulla vestigia, solitudo in diem vasta et silentium vastius, nocte crebri ignes micant et veluti castra late iacentia ostenduntur, crepant cymbala et tympana audiunturque tibiae sonantes maius humanis.

[96] Tunc rursus Aethiopes, nec iam dites quos diximus, nec ita corporibus similes, sed minores incultique sunt et nomine Hesperioe. in horum finibus fons est, quem Nili esse aliqua credibile est: Nuchul ab incolis dicitur et videri potest non alio nomine adpellari, sed a barbaro ore corruptus. Alit et papyrus et minora quidem eiusdem tamen generis animalia.

[97] Aliis omnibus in oceanum vergentibus solus in mediam regionem et ad orientem abit, et quonam exeat, incertum est. Inde colligitur Nilum hoc fonte conceptum actumque aliquandiu per invia et ideo ignotum, iterum se, ubi adiri possit, ostendere; ceterum spatio, quo absconditur, effici, ut hic alio cedere, ille aliunde videatur exurgere.

[98] Catoblepas non grandis fera, verum grande et praegrave caput aegre sustinens atque ob id in terram plurimum ore conversa apud hos gignitur, ob vim singularem magis etiam referenda, quod cum impetu morsuque nihil umquam saeviat, oculos eius vidisse mortiferum.

[99] Contra eosdem sunt insulae Gorgades – domus, ut aiunt, aliquando Gorgonum. Ipsae terrae promunturio, cui Hesperu ceras nomen est, finiuntur.

[93] Dalej jest wielka zatoka, a w niej wielka wyspa. Opowiadają, że żyją tam tylko kobiety pokryte na całym ciele włosami, a dzieci rodzą bez obcowania z mężczyznami¹³⁹. Mają zaś usposobienie tak dzikie, niektóre z nich w wybuchach wściekłości zaledwie łańcuchami można uspokoić. O tym donosi Hanno; dowodem zaś prawdziwości jego słów jest to, że przywiózł skóry ściągnięte z zabitych kobiet tego plemienia.

[94] Poza tą zatoką wznosi się wysoka góra nazwana przez Greków *Theon Ochema*¹⁴⁰. Wydobywa się z niej ciągle ogień.

[95] Za górą ciągną się na długiej przestrzeni, wzdłuż wybrzeży pagórki pokryte zielenią, skąd widać nieprzejrzone pola, na których ponoć żyją Ajgipanowie i Satyrowie. Domniemanie to opiera się na fance, że tu w nocy widać dużo ognisk, jakby rozbito obóz na szerokiej przestrzeni, słychać dźwięki cymbałów, odgłosy bębnow i fletów, a cała muzyka nie zdaje się pochodzić od ludzi. W istocie nie ma tu nigdzie ani pól, ani w ogóle śladów ludzkich i za dnia jest tu pustkowie i głęboka cisza.

[96] Dalej znowu ciągną się osady Etiopów. Nie są oni już tak bogaci, jak ci, o których powyżej mówiłem, ani też podobnego wzrostu, lecz mniejsi, na niższym stopniu kultury, a nazywają się Hesperioe. W tym kraju znajduje się prawdopodobnie źródło Nilu. Tutejsi mieszkańcy nazywają to źródło Nuchul. Zdaje się, że nie jest to inna nazwa, tylko barbarzyńcy ją przekręcili. Rośnie tu papirus, żyją stworzenia takie same jak w Nilu, ale mniejsze.

[97] Podczas gdy inne rzeki zbiegają do Oceanu, tylko Nil skręca w głąb kraju i na wschód. Nie wiadomo, gdzie dalej płynie. Na tym opiera się domysł, że tu jest źródło Nilu, że potem płynie Nil jakiś czas przez niedostępne kraje i dlatego staje się nieznany, a gdy przepływa przez okolice dostępne ludziom, znowu się pokazuje. To więc, że Nil w jakimś miejscu kryje się pod ziemią, jest powodem wierzeń, że jedna rzeka przestaje tu płynąć, a druga w innym miejscu na nowo wypływa.

[98] W tych okolicach rodzi się *katoblepas*¹⁴¹ – niewielkie dzikie stworzenie z ogromną głową, którą z trudnością podnosi. Dlatego przeważnie trzyma ją w dół zwróconą. Trzeba jeszcze wspomnieć o dziwnej jego sile; nie rzuca się na nikogo, ani nie kąsa, ale spotkanie się z jego wzrokiem grozi człowiekowi śmiercią.

[99] Naprzeciw tego kraju znajdują się wyspy Gorgady¹⁴²; tam według podania była kiedyś siedziba Gorgon. Kraj kończy się przylądkiem, który nazywa się *Hesperu Keras*¹⁴³.

[100] Inde incipit frons illa quae in occidentem vergens mari Atlantico adluitur. Prima eius Aethiopes tenent, media nulli: nam aut exusta sunt aut harenis obducta aut infesta serpentibus. Exustis insulae adpositae sunt, quas Hesperidas tenuisse memoratur.

[101] In harenis mons est Atlas, de se consurgens, verum incisus undique rupibus praeceps, inuius et, quo magis surgit, exilior, qui quod altius quam conspici potest usque in nubila erigitur, caelum et sidera non tangere modo vertice, sed sustinere quoque dictus est.

[102] Contra Fortunatae insulae abundant sua sponte genitis, et subinde aliis super alia innascentibus nihil sollicitos alunt, beatius quam aliae urbes excultae. Una singulari duorum fontium ingenio maxime insignis: alterum qui gustavere risu solvuntur in mortem; ita adfectis remedium est ex altero bibere.

[103] Ab eo tractu, quem ferae infestant, proximi sunt Himantopodes inflexi lentis cruribus, quos serpere potius quam ingredi referunt, dein Pharusii – aliquando tendente ad Hesperidas Hercule dites, nunc inculti, et nisi quod pecore aluntur admodum inopes.

[104] Hinc iam laetiores agri amoenique saltus citro, terebintho, ebore abundant. Nigritarum Gaetulorumque passim vagantium ne litora quidem infecunda sunt, purpura et murice efficacissimis ad tinguendum et ubique, quod tinxere, clarissimum.

[105] Reliqua est ora Mauretaniae exterior et in finem sui fastigantis se Africae novissimus angulus, isdem opibus sed minus dives. Ceterum solo etiam ditior et adeo est fertilis, ut frugum genera non cum serantur modo benignissime procreet, sed quaedam profundat etiam non sata.

[106] Hic Antaeus regnasse dicitur et signum quod fabulae clarum prorsus ostenditur, collis modicus resupini hominis imagine iacentis – illius, ut incolae ferunt, tumulus: unde, ubi aliqua pars eruta est, solent imbres spargi et, donec effossa repleantur, eveniunt.

[107] Hominum pars silvas frequentant, minus, quam quos modo diximus, vagi – pars in urbibus agunt, quarum, ut inter parvas, opulentissimae habentur: procul a mari Gilda, Volubilis, Banasa, propius autem Sala et Lixos flumini Lixo proxima. Ultra est colonia et fluvius Gna et, unde initium fecimus, Ampelusia in Nostrum iam fretum vergens promontorium – operis huius atque Atlantici litoris terminus.

Morze Atlantyckie i oblana nim część Etiopii i Mauretanii

[100] Dalej zaczyna się zachodnie wybrzeże Afryki oblana Atlantykiem. Początek tego wybrzeża zajmują Etiopowie¹⁴⁴, środek jest niezamieszany przez ludzi, gdyż ziemia tam jest albo spalona promieniami Słońca, albo zasypana piaskiem, albo niedostępna z powodu niebezpiecznych żmij. Naprzeciw wybrzeża wypalonego słońcem leżą wyspy, na których żyły według podania Hesperyd¹⁴⁵.

[101] Wśród piasków wznosi się góra Atlas, stroma, niedostępna; w miarę wysokości zwęża się. Szczytu jej nie widać, gdyż kryje się w chmurach. Mówi się, że Atlas nie tylko dotyka nieba i gwiazd, lecz je podpira.

[102] Naprzeciw tej góry leżą Wyspy Szczęśliwe¹⁴⁶. Tu ziemia wydaje plony bez pracy ludzkiej i żywi mieszkańców, którzy o nic się nie troszczą. Czują się oni bardziej szczęśliwi niż mieszkańcy cywilizowanych miast. Jedna z wysp ma dwa cudowne źródła. Kto napije się wody z jednego źródła, może umrzeć ze śmiechu; środkiem zaradczym jest woda z drugiego źródła.

[103] W pobliżu tej części wybrzeża, gdzie żyją niebezpieczne żmije, mieszkają Himantopodzi¹⁴⁷, ludzie o krzywych nogach, którzy, jak się o nich mówi, raczej pełzają niż chodzą. Dalej leży kraina Farusiów, którzy za czasów wyprawy Heraklesa do kraju Hesperyd¹⁴⁸ byli zamożni. Dziś to lud dziki i ubogi. Jednym ich majątkiem jest bydło, którego mięso służy im za pożywienie.

[104] Dalej zaczynają się urodzajniejsze pola i piękne lasy, w których bujnie rosną cedry i drzewa terpentynowe; tam też żyją słonie. Nawet wybrzeża morskie ludów koczowniczych Nigritów i Getulów są urodzajne. Tu rodzą się małże i ślimaki dostarczające najlepszego powszechnie znanego barwnika.

[105] Pozostaje jeszcze zewnętrzne wybrzeże Mauretanii i ostatni punkt Afryki, kończącej się ostrym kątem; kraj ten podobnie przez naturę wyposażony, lecz mniej bogaty. Tylko ziemia żyzniejsza i tak płodna, że rodzi bardzo obficie nie tylko te gatunki zbóż, które ludzie sieją, ale i wiele innych wydaje bez ich pracy.

[106] Tu miał panować Anteus¹⁴⁹, a jako dowód prawdziwości tej legendy pokazują niewielki pagórek przypominający człowieka leżącego na wznak. Jak tamtejsi mówią, jest to jego mogiła. Jeśli z tej mogiły wybierze się ziemię, zwykle padają deszcze; jeśli się tę jamę zasypie, ustają.

[107] Mniejsza część ludności mieszka w lesie, większość, jak to powyżej mówiłem, prowadzi życie koczownicze, a niektórzy tylko mieszkają w małych miastach. Najbogatsze z nich, leżące z dala od morza są: Gilda, Wolubilis, Banasa; bliżej morza znajdują się miasta Sala i Liksos nad rzeką Liksos¹⁵⁰. Dalej leży kolonia Gna i płynie rzeka tej samej nazwy, a jeszcze dalej znajduje się przylądek Ampelusia¹⁵¹, który zwrócony jest w stronę Naszego Morza. Od tego przylądka zacząłem swój opis. Tu jest koniec Wybrzeża Atlantyckiego i na tym kończy się moje dzieło.